



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Thesavrvs|| Locorvm|| Commvnivm|| Jvrisprvdentiaē

Barbosa, Agostinho

Lipsiaē, 1697

Cap. I. Radix. Norma.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80071](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80071)

LIBER DECIMUS SEXTUS.

CAP. I.

Radix. Norma.

Axioma I.

R

Adice vitiata intelliguntur & rami vitiati, l. si vine 13. Cod. de bon. matern. Alciat. conf. 7. statuti verba. num. 2. Caltr. Jason. in l. maritus. C. de procurat. Pantfchm. 2. quest. 23. n. 7. Et radice infecta, infectum est omne, quod ab ea descendit, l. 1. v. huius rei. ff. de offic. ejus cui mand. jurisd. l. tria pradia 31. ff. de serv. pr. ed. rust. Carpz. P. 3. Constitut. 28. Definit. 9. num. 4. ita cum primum decretum vitio nullitatis laborat, omnia quæ sequuntur eodem vitio afficiuntur. l. 1. quæ sentent. fin. appellat. rescind. ubi not. Bartol. Alexand. & alii citati Gaillo 1. observ. 127. n. 3. conf. l. nec ibi. de Reg. Caron. Quod tamen non trahendum est ad diversum iudicium seu novum, si legitime processerit. L. Gilhausen. in arb. crim. cap. 6. part. 2. quæ est de confessione, n. 45. vers. secundo.

II.

Radix omnium malorum est cupiditas, cap. bonorum 7. dist. 47. Et radix omnium bonorum est charitas, cap. quia radix 13. de penit. dist. 2. simulque esse non possunt ambæ. d. c. quia radix.

CAP. II.

Rapere, Raptus.

Axioma I.

Rapere visibiliter est majoris potestatis, quam occultè auferre, cap. penale 13. 14. q. 5.

II.

Raptores non facit necessitas, sed voluntas. cap. discipulos 26. de consecrat. dist. 5. unde & raptor dicitur, qui ultra necessaria sibi retinere probatur, §. 1. vers. ordinandus. distinct. 42. c. sicut 8. §. proprium. dist. 47. qui igitur violenter & publicè tulit aliena, is propriè raptor dicitur, c. penale 13. 14. q. 5. quamvis etiam famæ alterius depravator, etiam raptor dicatur. cap. deteriores 15. 14. q. 1.

III.

Rapinam non permittit, qui furtum prohibuit, cap. penale 13. 14. q. 5.

IV.

Ex quibus causis datur actio furti, ex iisdem etiam datur actio vi bonorum raptorum, quia, uti actio furti ob clandestinam, ita actio vi bonorum raptorum ob violentam competit ablationem. Datur igitur actio vi bonorum raptorum ei, cuius interest, l. 2. §. 23. ff. vi bonor. npt.

CAP. III.

Rarum.

Axioma I.

Rarè quæ accidunt, sapè negligi solent à Legislatore, adeò ut ex his jura non constituantur. l. 3. ff. de LL. l. 3. ff. si pars heredi petatur. Nov. 94. §. 1. Angel. in l. 1. in princ. quod quisque jur. & in l. si negotia. de negot. gest. & in rubr. de oper. nov. nunc. Alex. consil. 187. perpelis verbis. n. 18. circa finem. vol. 3. Pantfchm. lib. 1. q. 7. num. 20. Leges enim solent rogari ex iis, quæ dicitur πλῆστον, & frequenter accidunt; cum de eo, quod semel aut bis fit, lex non feratur, l. 3. ff. de LL. sic & Solonis de patricidis forsitan lex ferenda non fuit, quod id scelus aut nunquam, aut rarè evenire soleat.

Declarationis loco tamen addi potest distinctio ipsius Pacii, centur. 1. évamtoφ. q. 9. distinctio inter casus rarè contingentes per se, vel per relationem ad legem aliquam generalem: unde quando dici solet tales plerumque negligi, intelligendum erit ita, non quod nullæ leges de his condantur; sed quod iis non obstantibus leges generales constituantur, quem sequitur & Caspar. Bitsch. in tr. de thesaur. disp. 1. n. 2. vid. & Arist. 3. Eth. cap. ult.

II.

Quæ rarè contingunt, non faciunt impedimentum universis. Nov. 44. cap. 1. §. 3. Quapropter Aristonem Jctum non tantum hoc nomine extollit Plinius jun. 8. Epist. 14. Quod sic publica, ut privata, sic antiqua, ut recentia, sed etiam quæ sic rara, ut assidua tractaverit.

III.

Omne rarum charum, & frequentia vilescit, cap. legimus 24. dist. 93. Lud. Gomez ad §. fuerit. Inst. de action. n. 43. & sapè id, quod rarè fit, pro miraculo habetur. Novell. 105. c. 1. in fin. raritas enim facit pretiositatem, & plus etiam appetitur, d. c. legimus 24. §. sed dicas. dist. 93.

IV.

Rarum est omne, quod magnum est. cap. si officia 2. in fin. distinct. 59. cap. in sancta 4. 2. q. 7.

CAP. IV.

Rata.

Axioma I.

Omnis heres tenetur pro raro, etiam si fisco quid debeatur. Sed limitatur in tributis; hæc enim possessor in solidum solvit etiam pro præterito tempore, imò & unus ex pluribus possessoribus solidum solvit & portionem à reliquis repetit. l. 5. ff. de censib. Perez. C. de annon. & trib. n. 20. seqq. & n. 28.

II.

Creditores in pari jure constituti concurrunt pro ratâ. Perez. C. de debit. civitat. n. 5.

(R) 3

III.